



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae
Therinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

XXXI. Ad Adolphum Occonem Med. & Histor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

Et quæ Biturigum studijs Academia juris
Floret, alumna noui grata futura laris.
Hic rara fides vobiscum, notaque virtus!
Et comites Musas sic, Charitesque trahet?
Ite bonis auihus: quò virtus ipsa, fidesque,
Et quò vos Musæ nunc, Charitesque trahunt.
Sic felix abitus, redivus felicior opio:
Sic que via labor, & sit calor iste leuis.
Este mei longum memores, longumque valete:
Inque oculis me vos fert, animisque precor.
Sic oculis, animoque feram vos rursus: & omnis
Me vestrum tellus audiet esse diu.

XXX.

Stephano Endorfero,

Steph. F. Patr. Augst.

Si ratio curas, et si prudentia delet,
Non loca: non loca, sed te ipsum mutare memento.

XXXI.

Ad Adolphum Occonem

Med. & Histor.

Clio gesta canens multum tibi debet ADOL-
(PHE

OCCO: minus debet nec Panacæa tibi.

Ante quidem prisca Romæ monumenta, monetis

Eruta, Cæsaribus publica facta suis:

B Sed

*Sed nunc in lucem mittis medicamina docta,
Quæ docet Augusta Pharmacopœia tua.
Cuius ut es præses: sic vrbs augustius hæc, me
Iudice, nunc per te nomen in orbe tenet.*

XXXII.

Ad Carolum VVolfgang

Rechlingerum, Patr. Augult.

Χρῆματα ἀνὴρ.

*Quantum quisque pecuniarum
Possidet, aut opum, CAROLE,
Tanti fit. genus, atque formam
Magna Pecunia auget Dea,
Ac regina: cui per orbem
Semper obediunt omnia.*

*Quin et vit a viri, atque sanguis
Dicitur. hæc miser qui caret:
Viuos in ter obambulat vir*

*Mortuus. immo nec iam probus,
Nec prorsus vir habetur vllus.*

*Sic vetus hoc facit, CAROLE,
Vox verum illa: PECVNIAE, VIR:
Quam probat ipsa passim fides.*

XXXIII.

Petro Monauio Med. Cæli

*Si tibi quid dederit fortuna benigna: benigna
Sis facilis miseris reddere, PETRE,*